

כיהוּת

TENTAMEN PHILOLOGICUM

*Circa*

PRIUS HEMI-  
STICHIIUM

Psalmi LXXXV. vers. 9.

*Illud*

a perversa nonnullorum interpretatio-  
ne vindicans.

*Quod*

*PRÆSIDĒ*

ADMODUM REVER. atq; AMPLISSIMO  
DOMINO

M. DANIELE JUSLENIO

*Sacr. L. L. Prof. Ordin.*

Ad publicum examen, Bono cum D:o,  
desert Aboæ in Auditor. Maximio  
d. XII. Febr. A:o MDCCXXVI.

*S:æ R:æ Maj:is Alumnus,*

CARL GUSTAV. WERANDER,  
*Ostrobothniensis.*

---

ABOÆ, Excid. Reg. Acad. Typogr.  
Eric Flodström.

S:æ R:æ Maj:tis

Et REGNI SVECIÆ

SUMMÆ FIDEI VIRO,

SENATORI CELSISSIMO,

Règij in Fennonia Dicasterii Præsidi  
Excellētissimo,

ILLUSTRISSIMO COMITI ac DOMINO

DN. JOHANNI  
CREUTZ,

MÆCENATI SUMMO.

Non ante, Celsissime' Heros, insuditam ani-  
mi Tui magnitatem ac moderationem  
clarissimis indiciis cognoscere mihi licuisset, du-  
bitarem sane, an fas esset, ad Tuæ Benignitatis a-  
ram, juveniles hosce ausus deponere. Verum  
cum omnem hæfitationem tollit incredibilis ille

S:æ R:æ Maj:tis

MAGNÆ FIDEI VIRO

S. S. Theologiæ Doctori Consummatissimo, inclyræ Diœcœlos Aboë: fig Episcopo Eminentissimo. Regiæ ibidem Academiæ Pro-Cancellario Magnificissimo, Ven. Consistorii Ecclesiastici Praesidi gravissimo,

REVERENDISSIMO PATRI ac DOMINO

Dn. HERMANNO  
WITTE,  
MÆCENATI MAXIMO.

Beneficia longe amplissima, quibus Parentes  
m:os, Eminentissime Prælati, olim Sedini  
Pomeranorum degentes, affecti, si indecoro  
silentio involverem, ingratius sane, immo in-  
gratissimus essem. Tanta enim eorum existant  
documenta, ut nunquam ea satis depraedica-  
re, vix autem parem iis gratiam animo habere  
possim. Et licet chartaceum hocce munus, quod

in Camenarum cultores favor, quo & me, inter  
clientes insimum oblincentem locum, tempore fo-  
vere dignatus & dignaris, adeo ut etiam Gene-  
rosissimum Filium Tuum meæ qualicunque ope-  
ræ & curæ committere non dubitaveris, certe fa-  
teri necessum habeo, me ab eo usque tempore tot  
beneficiisabilissima Excellentia fuisse cu-  
mularum, ut his recensendis haud sufficere queam.  
Accipe igitur, Celsissime Comes, placido vultu,  
tenuem hunc ingenii mei fœrum, quem in gra-  
tissimi & devotissimi animi signum, Illustrissimo  
Tuo nomini consecrare audeo, submissa venera-  
tione rogas atque obsecrans, ut ad offerentis po-  
tius pietatem, quam muneric dignitatem reli-  
cere velis.

Meum erit D. O. M. ex intimis cordis recessi-  
bus venerari, ut canitatem Tuam, Excellentissime  
Heros, novo brev vigore, Teque omnigena bea-  
tum felicitare, in publicam salutem, Patriæ spem,  
Regis colorem, Familiae decus, clientum perfa-  
giun, Tuiq; Nominis memoriam immortalem,  
quam diutissime incolum conservare velit.  
Quod tenui ut calamo, sic mente submissionis ac  
reverentiaz plenissima, precatur ac votet

## ILLUSTRISSIMÆ TUÆ EXCELLENTIÆ.

*Cultor & ierousa devotissimus  
Carl G. Werniger.*

Tibi, Reverendissime Pater, venerabunda manus offert, n=quaquam iis respondeat, patiaris tamen quæso, Benignitatis Tuæ radios intenues meas quoque derivari Mulas; qua de re eo minus dubito, quo magis persuatus sum, adversus Musarum cultores semper paratum esse Favorem Tuum. De cætero Supremum Numen calidissimis non defissam fatigare precibus, ut Te, incomparabilem Orthodoxæ doctrinæ & ecclæstis veritatis Vindicem, in integris viribus diu valere ac florere jubeat, que per Taum Zelum quam latissime Divina gloria propagetur, Academia hæc Aboënsis nova incrementa capiat, clientes commendatione Tua & suffragio adjuventur, Tuaque Familia nobilitissima tutela & auxilio Tuo quam diutissime perfruatur !

REVERENDISSIMI TUI NOMINIS.

*Cultor Humillimus*  
CARL G. WERANDER.

VIRO

*Maxime Strenuo & Nobilissimo.*

Dn. ZACHARIÆ HAMMAR,  
Magistro Equitum legionis Bohu-  
iensis, ut Parenti carissimo, sic quovis filiali  
cultu ad cineres usque venerande,  
amando.

VIRO

*Plurimum Reverendo & Clarissimo,*

Dn. ERICO SAND,

Ecclesiarum, quæ in Lappfierd &  
Urbe Christina Deo colliguntur, Pastori  
vigilantissimo, omni pietatis genere  
colendo.

Hoc qualemunque ludi literariorum tirocinium,  
duis, pro perenni vestra incolumentate,

& Filius ohe  
Cultor obser

A. &

VIRO

*Admodum Reverendo & Praclarissimo,*

Dn. Mag. CLAUDIO HEEDMAN

Wasensium Pastori dignissimo, &  
vicini districtus Præposito gravissimo, ut Petro-  
no optimo, sic quavis veneratione æta-  
tem suspiciendo.

VIRO

*Prudentissimo & Spectatissimo,*

Dn. ANDREÆ SCHENBECK,

Veetigalium agri Aboënsis Inspe-  
ctori accuratissimo, Evergetæ multum  
æstimando.

*in perpetuum observantia pignus, cum affi-  
dolum, sacrum nuncupat.*

dientissimus  
vantissimus

R.

*Politissime*  
Dn. WERANDER.

**A**nte duo Lustra Te Gymnasii Aroënsis Alumnus, ut vivido ingenio prædicum, & progressus haud vulgares promittentem, ita omnia bona in spe habentem novi. In Celeberrimo hoc ad Auram Lycæo, Te, de iis, quæ ad Divinarum & Humanarum rerum noritiam spectant, publice dilectenter, quam læpissime audivi. In defendendis & ventilandis questionibus Medicis, me Moderatore, operæ plurimum studiique consumisti, & quidem laudabiliter. Politi & erecti ingenii Tui specimen, sacrarum imprimis literarum studiosis utilissimum, dissertationem dignam sane, quæ Mularum manibus excipatur, jam edis. Moribus placidis, libetalibus, ac levitate temperatis, Tibi bonam conciliasti fortunam. Humanitate & obsequio, literarum & virtutum amatores, & me imprimis devinxisti. Exigit itaque Meus in Te animus, Thaque diligentia & modeilia, ut hac occasione, quanti Te faciam, & quam bene Tibi cupiam, publice declarerem. Age igitur, Mi WERANDER, ex sententia Tua vitam semper prosperam! Respondeat voto Tuo ejus curius, ut publico olim servire, ac Tibi, Tuisque, honoris & gaudii cumulum adfere queas! Vale & fave.

Tibi addict.

PET. EßWJNG  
Doct. & Prof. Med. Ord.

Dab. Hylfelax  
d. 26. Jan. 1726.

Pereximio atq; Eruditissime Domine  
Auctor, & Relpondens.

Inter tot artes & scientias, quæ hominum vitam exornant, utra alteri preferenda sit, et si disputare docti viri solent, ego tamen extra dubitationis aleam pone, eas, quæ circa divinum cultum versantur, esse præstantissimas. Harum principium est nosse Deum: quæ cognitio, altiore posita loco, quam ad eam ut possit humana industria perveniri, a sanctissimis effatis & oculis divinis omnino est petenda. Quocirca sapienter vitam instituit, qui in eo quam maxime laborat, ut eorum intelligentiam consequatur. Etenim cum primum hominis officium sit; ut de Deo recte tentiat, alterum; ut Eum colat, in utroque errare necesse est eum, qui nec unius, nec q; alterius veritatem est animo complexus. Nam si eut negotia civilia nemo recte tractare potest, nisi Republicæ atque Legum notitiam teneat, ita nec divinas res curare, nisi Deum cognoscat, ejusque voluntatem perspectam habeat. Itaque haud scio, mi WERANDER, praesenti occasione uerum laudandus mihi magis, an diligendus sis. Sed de fino dubitare: nam utrumq; in unum cadit. Laudem etenim n. ereris, quia, posthabitatis reliquias, Deum studiorum tuorum suam ponis: amerim; quia, sic agendo tibi homines simul eximia caritate devincis. Deum enim colendo & homines certe amas, nec aliter potes; & amantem redamare non solum heresum, sed etiam

necessarium est. Ego vero præter hunc offer-  
eum, qui mihi cum multis communis est, cur-  
te plorimi faciam, proprias etiam & peculiares  
causas habeo. Primum enim ex integritate, &  
diligentia tua in dirigendis ad scientiam ac vir-  
tutem studiis meis, quotidie novum fructum  
capio; deinde ex consuetudine voluptatem. De-  
lectat me etiam singularis illa, quæ in Te est fa-  
cilitas, atque morum levitas; item amicitia,  
benevolentia, fides, quæ mihi apud Te perpe-  
tua est, atque ut spero erit. Quod cum ita sit,  
non potui, nec debui, hanc occasionem præ-  
termittere, qua possem etiam publice testari in  
Te animum meum. Tu vero, mi WERANDER,  
cum sæpe alias, cum eruditio hoc opusculo jam  
fatis luculenter probasti, quam dignus sis, qui  
in Apellinis castris, virtutis corona orneris.  
Quod cum defendendo etiam amplius coaf-  
tabis, nihil jam superest, quam ut tam pul-  
chros labores condigna merces excipiat, a Deo  
immortali precibus impetrare studeam. Mansu-  
rus semper

Dab. Aboe d. 29.

Tibi obstrictissimus

Jan. 1726.

OTTO. G. WREDE.

חוֹסֵט וְשַׁלּוּכָה וְכֹל טֹב לִמְרֶשׁ  
אַלְוֹפָ אֲדֻונֵי חִיקָר וְחַשְׁקֵי קָטָן לְפָרֵשׁ  
אֶת דְּבָרִי הוֹד אַטְמָנָה מִשְׁנָה וְדָבָר  
הַאֲלָל וְחוֹחֶם

**ל** אֲשֶׁר זָכַרְתָּךְ וְמִתְּבָנָה רָאשׁוֹנִים  
אֲשֶׁר וְשִׁבְנוּ בְשָׁקֶט וְנוֹחַת כְּשַׁבְּרַת  
אֲחוֹם יְהֻדָה בְּשָׁלוּם אַטְזָן וְוּלְכִידָה  
צָפְרוֹם וּמִים רְבָים לֹא יִבְבוּ אֶת הַאֲהַבָת  
גְּבָשִׁיט הַיה בְּלִבּוֹכָאשׁ בְּוּעָרָת כִּי הַמְּרָעִי  
וְחַשְׁקֵי בְּחַבְלוֹ אֲחַבָּךְ מִשְׁבְּתָנִי וּבְעֲבוּתֹת  
וְדִירֹת וְשִׁלְוִימֹותךְ קְשָׁרָת נְפָשִׁי לְנְפָשִׁיךְ  
בְּכָור גַם עַתָה הַוִּיסְפָת לְיו שְׁמָרָה וְגֹלֶל  
בְּרִיאָתְךְ אַתְּתוֹתְךְ הַמְּפֹוֹאָרוֹת וּמָה יִקְרֹא  
לְיִדְכְּרֵיךְ רְבָרִיךְ טְהָוּרוֹת כְּאַמְרֵיךְ  
וְרוֹדוֹי וְאֲדוֹנֵי נְעַטָת לְיו מָאָר אַחֲרֵי אֲשֶׁר  
רְאִיתְיךְ תִּסְמַח וּמַעַיִם רְוֹף הַמְּשֻׁלָת וּמַעַשֵּׂךְ  
הַיִּקְרָר וּכְלִבְנַת הַסְּפִיר בְּחוֹרֵךְ הוּא כְּשַׁחֲקִים  
וּמָה אֲדָבֵר חַפְצָתֵי מִלְתָא בְּאֲדוֹנֵי וְחוֹיִת לְאִישׁ  
מְגַטֵּר בְּכָתֵר הַחַלְמָה וְאַתָּה יְדַעַתְּךְ גְּרוּלָה  
שְׁמִישָׁה

שמושחה של הוויה יותר מלהודה זאת רק  
עתה כתבתי מגrole חופשי ועכק' אשר עלי  
לטורה ואשה כפי עליך מרחוק ואברכה מברכיך  
ואמרה על נפשך הנגיעה ומעשיך החגוניים  
ברוך אתה ליהוה ובורוך שז לוד ובורוך שזו  
אצל גם ארוןנו לברכות שזו והשכיל בבל חכמה  
ומאהבת יהוה אלהי וישראל ברוך הוא לעולם  
ועד אמן :

*Hec in tesserae amoris  
plane non fucat; festis bant  
missit,*

JOH. NYLANDER.

Moral. SH. Lector  
Gymn. Borg.

Borgoë Nyl-  
anderum d. 2.  
Jan. 1726.

## CONSPECTUS.

- §. I. Brevi Philologiae sacrae commendatione viam ad prælens parat institutum, innuenendo propositum thema varius laborare interpretationibus, plerisque non admittendis.
- §. II. Varias illas versiones profert, primum quidem communiores variis in linguis.
- §. III. Deinde quorundam detorsiones peculiares.
- §. IV. Veram versionem Lutheri & nostras versaculas adstruit.
- §. V. Rite explicando verbum יְהוָה.
- §. VI. In indolem vocis רַבֵּר inquirendo.
- §. VII. Nomen divinum אֱלֹהִים enucleans.
- §. VIII. Nominis tetragrammati יהוָה genuinam investigando rationem.
- §. IX. Quomodo particula יְהִי intelligenda, monstrando.
- §. X. Detegit cariosa dissentientium fundamenata.
- §. XI. In specie quorundam Novatorum perstingit audaciam,
- §. XII. Opellat fidem imponit.



## §. I.



Uantam præstantiam ac utilitatem sacra Philologia cultoribus suis assiduis conciliet, vix alium, quam hinc in Mosis plane hospitante, fugiet. In ea quippe nos incidimus tempora, quibus ægre adversariorum moliminiibus obviam ire ac resistere possumus, nisi in sacratissimo hocce studiorum genere bene versari fuerimus. Sunt enim nonnulli non sene dissimiles Democrito, qui in expositione saecularum literarum quoque ita versantur, ut quod semel forte viuum ipsi, smo somnium est, contra conscientie testimonium mordicus ieneant deinde atque defendant (a). Quorum vero prætractas, nimisque injuriolas opiniones ut feliciter & ex loro demoliamur, quid consultius, quid unquam utilius,

quam

(a) Aug. Pfeifferus in pref. dub. vexat. Sc. sacra.

quam si non prorsus omne, saltem ali-  
 quid temporis, huic studio tribuamus? 3  
 quo & nos alacriori animo lacras in re-  
 queamus pugnas, & ejusmodi tenebrio-  
 nes. non aliter, quam a pros vineam (cru-  
 tatos, in meliorem reducere frugem.  
 Non praesens, quam nobis proposuimus,  
 permittit brevitas, ut in iis dictis enu-  
 merandis, quae ab aliter sentientibus mi-  
 rum in modum vexantur, sumus opero-  
 si; quippe quorum educleationem haec pa-  
 gellæ non capiunt: sed sufficit nobis,  
 pro praesenti instituto. unum eligisse lo-  
 cum Pl. 85: v. 9. quem Novatorum tur-  
 ba contorum, pro confirmanda sua hy-  
 pothesi, inter alia adferre solent. Tam  
 et si nulli dubitaverimus, quin varia  
 praestantiae genera sana hujuscce dicti ex-  
 plicatio sit allatura, videlicet, quod in u-  
 beriorem nos perducat cognitionem,  
 & adversarios veri hujuscce thematis  
 lenitus convincat; hoc tamen nomine  
 praestantiae titulum quoque meretur, quod  
 a cavillis male feriatorum non tantum  
 non sit immune, verum etiam mileris  
 eorum commentatoribus expositum,  
 insita tamen luce splendeat, & aperro

coruscet fulgore. Preinde hoc scripturam dictum stilo quidem Philologico scrutari instituimus, cum non nisi hemisphaerio superiori, theologicice idem examinare conveniat; quod si nos faceremus, non tam exploratores, quam transfugae in aliena castra, essemus futuri. Nostro nos officio dum satisfacere admittimur, Tuam humanitatem, C. L. observanter expetimus, velis innocua juventutis contaminata pro candido tuo favore in meliorem interpretari partem.

### §. II.

**O**missa prolixiori verborum ambage ad propositum illico accedamus. Ut eo igitur accuratius constet, *quid rectum curvo, quid distent ete lupinis*, quantaque inter varias linguarum versiones intercedat differentia, nostri erit officii communiiores latrem in medium producere. De textu originali nullum omnino est dubium, quin ille, ob privilegia, quibus eum ornatum voluit summum Nomen, ab omnibus nævis ac erroribus immunitus sit, ut non nisi ab homine corrupti cerebelli, ejus veritas in dubium vocari

ri queat; non tamen pigebit verba, in textu  
Authentico jacentia, afferre, ne cui, de  
lana caprina, ut aijunt, videamur fixari.  
Sic itaque textus primigenius se habet:  
**אָשָׁם** יְדַבֵּר הָאֱלֹהִים וְהַיְהָ כִּי  
cui paraphrasio chaldaicam, tanquam ex  
esse textui hebreo respondentem, adjici  
mus: **אָשָׁם** מִתְּחִילָה אֶלְחָתָן וְהַזְּהָרָה כִּי:  
i.e. *Audiam, quid locuturus sit Deus Jehovah;*  
quia &c. nec non *Syriacum:* ut audiamus quid  
loquitur *Dominus Deus noster,* loquetur enim  
Ec. Hinc deinde translationem LXX  
viralem, tanquam antiquissimam, sub-  
jungentes: *Ακέσθουται, ηι λαλήσει εις* ένοι  
κύριος δ Θεος. οτι &c. ac **vulgarum** inter-  
preterem, qui ex hac veluti fonte, sua ir-  
rigavit arva: *Audiam, quid loquatur in*  
*me Dominus Deus, quoniam Ec.* ita tamen  
ut non omitramus versionem **Arabicam:**  
*Audiam, quid loquetur in me Dominus Deus,*  
*quoniam Ec.* simul & **Ethiopicam** cum  
vulgata convenientem (§). hoc autem in  
antecessum monemus, non esse nobis a-  
nimum ita versiones hanc, utrum tex-  
tui originali convenient, nec ne, in hac

paragrapho examinare, ut non potius  
hoc ipsum in aliis dilutiendum con-  
stuerimus: juxta vero ingenue profite-  
mur, nos libenter translationes hanc,  
in lingua ipsis vernacula, expressisse, ni  
detegimus ac penuria stili in typographia,  
meaque ad eas hactenus penetrandas  
immatura adolescentia, quo minus fie-  
ret, prohibuisset.

### §. III.

**Q**uod ad detorsiones quorundam par-  
ticulares hujusce dicti attinet, pri-  
mas forte inter omnes *Cespar Schwenck-  
feldius* suis cum affectis obtinet, qui ex  
hoc loco insulile raptus internos inferens,  
gravi justoque satis obelo a *Johanne Ger-  
bardo* noratur(γ). Nec adeo dissimili *Eu-  
deoumāis Val. Weigelius* ex vitiola hujusce  
loci allegatione, fucum aliquem suo af-  
ferto conciliare studet, cuius solidissimam  
tamen confutationem Theologi non mi-  
sus quam *Philologi* celeberrimi institu-  
ere

(γ) *D. Johan Gerhardus* loco de ministerio  
*Ecclesiast. §. 263. L. L. C. C. Tosc. VI.*

ere gavisi sunt (d). Agmen vero claudit  
 Fanaticorum facile princeps *Johann Conrad Dippelius*, seu, quo nomine sibi magis  
 placet, *Christ. Democritus* (e): qui olim Mag.  
*Lipsiensis*, mira metamorphosi ex anti Pie-  
 tista Pietista factus, omnem veritatem

im-

(d) *Conf. B. Theod. Thummius in impietate Wei-  
 geliana p. 34.* & *Hackspanius in nota Philo-  
 logico Theologico in h. l. part. 2. p.m. 274.*

(e) *Cavendum est, ut Christianum Democritum  
 cum Democrito Christiano confundamus, qui  
 nomen Democriti Christiani mentitus A:o  
 1700 tract. pess. sub rubro: Apostolischer  
 Wegweiser zur wahren Gerechtigkeit  
 Gottes/ iterum A:o 1703 recusum sub no-  
 vo titulo: Evangelischer Vorstellung der  
 wahren Rechtfertigung/ edidit. Hunc  
 enim, licet quoad Socinianas hypotheses amic-  
 ce cum Christiano Democrito conspiret, non  
 tamew cam hoc eundem esse, vel ex eo pa-  
 ret, quod ipse Christianus Democritus fir-  
 miter negavit, se scripti ejus Apostolische  
 Wegweiser Auctorem existere, contendo  
 se cum ipsis sententia non in omnibus con-  
 venire. V.d. B. D. Joh. Feclius in lectioni-  
 bus in sylog. controver. ad disp. 30. §. 1. p.  
 356. E seqq.*

impudenti non minus, quam insprudenti auto impugnavit: varis Schediasma-  
ta in publicam lucem successive protrahi, hisce tamen non contentus, novam  
operum suorum editionem, omnia con-  
junctim exhibentem, hoc titulo adorna-  
tam voluit: Eröffneter Weg zum frie-  
den mit Gott und allen Creaturen /  
durch die publication aller bis hieher editter  
schriften Christiani Democrati Amsterdam  
bey Henrich Betken erben 1709. (ζ). Alchy-  
mia studens, per aliquod temporis Ipa-  
tium, vitam Berolini egit. Unde propter  
impia in sacras Majestates verba pedem  
movere & autugere coactus est. Deinde  
Belgium vidit, quo vito, Germaniam ite-  
rum repetit (η); Justas tandem pœnas  
dedit. crematis enim iplo prælente, per  
carnificem, Altenabio A:O 1719 d. 28 Apr.  
scri-

(ζ) *Francoff. Albert. Aëpinus in pref. compend.*  
*Mat. fanat. recentioris,*

(η) *Carolus Gudofr. Engelschallius, concionator*  
*aulicus Dresdensis, in den vorgeleßten nich-  
tigen voruhrtheilung der heutigen welt*  
*in alaubens sachen. C. IX. p. 345. seqq.*  
*Confessio biss. Gotian. lib. III, p. 271, seqq.*

scriptis ejus famosissimis ac perditissimis  
 mandato Serenissimi ac Potentissimi Re-  
 gis *Danie Friderici* quarti, *Hausia* dedu-  
 ctus in carcerem Holmiacum coniectus  
 est, ubi, ut vivere desit, ita sanctiorem  
 rempublicam turbare cestavit. Hunc au-  
 tem malum hujusce dicti fuisse inter-  
 pretem clara illius indigitant verba:  
 Was soll den seyn? wirtsin sprechen.  
 Wo das hören ist/ da muß ja allezeit  
 auch eine äußerliche Predigt seyn. Re-  
 spondetur, probetur major. Ich glaube es  
 nicht/ denn es spricht ein großer Enthus-  
 iast, zu welcher zeit der Fanaticismus nicht  
 neues muß gewesen seyn. Ich will hö-  
 ren/ was der Herr in mir redet. Psal.  
 85: v. 9. Dieser hörete ja ohne predigt  
 von außen/ und hat in seiner seele einem  
 Prediger/ der ihm das Wort und zeug-  
 nish verkündiget/ auch redet *Jacobus* von  
 hören des eingepflanzeten wortes cap.  
 1: 21. *Posses pergit*: Es kan auch ein ge-  
 hör seyn/ wo keine äußerliche predigt ist/  
 wie wir aus den worten der Enthusiast  
*Canonicus* des Königes Davids ersehen/wel-  
 cher teutsch heraus wieder die Orthodoxye

zenget und spricht: Ich will hören was  
GOTT der Herr in mir redet (7).

§. IV.

**N**on est, ut longiores ne&tamus moras,  
cum brevitate quam maxime stude-  
re noster sit animus. Idecirco ipsum tex-  
tum originalem explicandum aggredia-  
musr, veluti utrum versio Divi Megalan-  
dri recte se, an fecus habeat. Primo o-  
mnium, ut ordine progrediamur, eval-  
vimus verba in textu hebr. אָשָׁמָה מִתְּנִזְבֵּר וְהוֹרָאָה  
זָבֵר קָנָל que noster *Lutherus*,  
veræ religionis restaurator, cum versio-  
nem Psalmorum olim exhiberet, optime  
transtulit dicens: Ich will hören was  
Gott der Herr redet / pro quo post-  
modum substituit optativum: Ach das  
ich hören tolte / quippe tali modo per-  
fut: non raro eundem efferre solent E-  
brei ut Psal. 19 v. 15. יְהִי utinam essent  
ibi sermones mei in placitum. Psal. 20:  
2. רַעֲנָנָךְ exaudiat te &c. Psal. 68: 2. קָרְבָּן  
utis

(9) In der wiederlegung der reinen ortho-  
doxis C. 2. sub fine tractatus de Papisme  
Protestantium vapulante p. 252. seqq. edit.  
in 12. opp. p. 150 edit. in 4:10. fide D. Her-  
mann. Christopheri Engelckenii.

utinam exsorgeret Deus &c. Unde no-  
 stræ etiam linguae vernaculæ versionem  
 Lutheri sc̄uræ sunt: *Svecia*: Ach at jag  
 hēra mätte / thet h̄erren Gud ralar.  
*Fennia*: Jösefa minä cuulisi / mitå  
 h̄erra Jumala puolu. Recte autem  
 Megalandrum versionem hujus loci in-  
 stituisse, interpunctio vocum clarissime  
 evincit; Quam nostri erit officii ut tan-  
 gamus, quo eo liquidius luxuriantibus  
 Fanaticorum ingenii constet, nihil pla-  
 ne illi inesse, quod vel obiorto **collo** in  
 suas partes rapere possint. Est vero ac-  
 centuum consequentio, in anteriori paſu-  
 ki ditione, ordinaria; scil. in metrica  
 interpunctione, nobis jam servanda, no-  
 tum est, *silluki* (—) magnum ordinarie  
 esse *atbækum* (—) majorem vero & ma-  
 ximum esse *Mersam Maipachatum* — (i);  
 atqui hic accentus sub nomine *ññi* com-  
 paret, cuius servus ordinarius *Jerach* (—)  
 minor ordinarius *Sarka* — magnus ordi-  
 narius *Rbbia* (—) qui citra quandam, vel  
     mi-

(i) Conf. M. Herm. Tarnovii Gram. Hebraeo  
 Biblica. p. 227. interpret. metric (6) conse-  
 cut. accent. §. 9. Cf. Aug. Pfeiff. Manud.  
 Nov. ad accent., p. 2.

12  
minimum anomaliā fluunt; ita ut וְהוּא  
paulam primae constitutā dictioni, nec ul-  
la ratione נָכַר ad hanc trahi debeat.

q. V.

**Q**uo eo felicius in explicatione harum  
vocum progrediamur, sensum forma-  
lem nostrum erit inquirere. Est vero יְמִשֵּׁה,  
quod primum nobis considerandum ve-  
nit, quod dum tacimus, præmonendum ei-  
se ducimus, ut formalem a materiali sen-  
tire secernamus (k) Formale hujus vocis  
est יְמִשֵּׁה autem, quod luculentissime ex to-  
to contextu facio patet, ut unicum den-  
taxat e milletis exemplum afferamus.  
Jobi 13: 17. שְׁמַעוּ שְׁמוֹעַ מֶלֶתְךָ וְאֲחֹתְךָ בְּאַזְנֵיכֶם  
Audite sonum sermonis mei, Ex-  
positionem meam auribus deferitis. ubi non fo-  
lium שְׁמוֹעַ sonus est objectum τὸς γενῶν; ve-  
rum

(k) *Ipsa terminorum expositio duplex est: I. Ma-  
terialis, quam vox habet in statu restricto  
ad materiam, qualiter ipsa subiecta materia  
admittit. II. Formalis, quam habet in sta-  
tu absoluto & per se, & que ejus est definiti-  
onis ratio abstracta ab omnibus materialibus,  
rite monente Jo. Courado. Dicuhabero id.  
Bon. interpr. & malit. Calumpn. p. 157.*

rum etiam additur; — מִלְּפָנֶיךָ or prolatio-  
 nis, ne quis supicari posset aliquid, in  
 mente latens, sola attentione & intelle-  
 ctus consideratione percipiendum fore.  
 Quid? quod organon hoc עַמְּשׁ recipi-  
 endi in hoc verlu vocatur פָּנָן אֲבָרֶבֶשׂ, un-  
 de usitatissimum est Sacrae Scripturæ,  
 עַמְּשׁ & פָּנָן conjungere, tanquam Syn-  
 onyma, arctissimam sensus coniunctio-  
 nem & fere identitatem inferentia. Nec  
 obstat nobis Gen. 16:11. עַמְּשׁ אֶל שְׁמַע  
 ex quodicto notionem formalem וְשְׁמַע nonnulli inducere volunt, ita ut significet  
 non attendere; cum vere hic sensum mate-  
 rialem, ab objecto ad aliud restrictum,  
 quam natura vocis primo importat, in-  
 veniamus; quod ipsum, additamentum  
 לְבָנָה, accessum semper ad aliquid deno-  
 tantis, abunde manifestat, quasi dices:  
 Anscultavit יְהוָה obvertendo aurem  
 verso clamorem afflictione sua contortum.  
 Conf. Psal. 69: 34. ubi eadem fere locu-  
 tio, per attendere explicabilis, idem con-  
 firmat. Simpliciter positum sine parti-  
 cula determinante, ut loco Jobi citato,  
 & aliis passim, simul constructum cum  
 פָּנָן ut Deut. 5: 25. semper per sensum

externum audiendi exponendum esse  
centent Critici, cum כ & ה vero obe-  
diendi notionem habere. Genes. 22: 18.  
Exod. 15: 26. &c. & aliquando ut Jer.  
5: 15. per τὸ intelligere explicari debere.  
Quod ex substrata materia necessario  
cognoscendum, semper tamen formale  
audiendi presupponit. Heic loci igitur  
יְהוָה simplicissime exponi deber,  
*Audiām* i.e. sonum externum ad aures ad-  
mittam, ut sensum tanto melius mente  
percipiā, & quid mihi faciendum sit,  
intelligam. Nulla tamen ratione nega-  
mus, quin actum audiendi externum at-  
tentio animi sequatur, ut non ponimus hoc  
ipso indicatum velimus, primario au-  
ditum externum hoc vocabulo intendi.

### §. VI.

Ita voce יְהוָה pro instituti ratione bre-  
viter discussa, pari brevitate verbum  
דָבָר examinaremus, ni operosior vide-  
retur labor. Formalem hujus notionem  
nemo, quantum nobis quidem innovuit,  
haec tenus solide monstrare potuit, magni-  
licet nominis viri id vario modo tenta-  
ve-

verint. Ratio nobis in promptu est,  
 „quod derivata quorum significatio e-  
 „videns est, cum radice etiam notissima,  
 „sib unum formale commode reducitur  
 „queant. Id extra eminem controve-  
 aleam positum arbitramur, in S.S. nulli  
 loqui vel dicere propriè significare tametsi,  
 nec cum אמר confundatur juxta monitum 9.  
 Distinguunt nonnulli hæc duo, ita ut  
 formaliter ordinare, אמר intendere denotet,  
 adducentes in probationem illius Psal.  
 no. 4. על רבוחתי מלכיך צור in hujus Exod.  
 2. 14. הלהרגת אתך אמר, quorum ta-  
 men utrumque, re accuratius persensa,  
 aliter se habere, nos ostensuros speramus.  
 In dicto priori contendunt על esse  
 secundum ordinem, inferentes eandem or-  
 dinis notionem radici quoque formaliter  
 competere, multumque tane roboris,  
 sive assertioni ex allegatione Pauli Ebr.  
 3: 6. κατὰ τὸν τάγον Μελχισέδεκ secundum  
 versionem LXX interpretum pollicen-  
 tes. Ad quod respondeamus non  
 recte verri per ordinem; sed potius per  
 verbum, ira ut sensus genuinus sit: secun-  
 dum verbum Melchisedebi, sive secundum id,  
 quod in verbo Dei scriptum est de Mel-  
 chio.

chisēdecho. tametsi *Gussetius Philologorum*  
 haud minimus postulet, heic non posse  
 esse paragogicum propter accentum,  
 quem gerit, ut non potius sit pronomina-  
 le, vertendo hac ratione voces istas, se-  
 cundum verbum meum Melchisēdechi seu de  
 Melchisēdecho. quam expositionem ratio-  
 nibus non ficiueis confirmat. Quid ad  
 versionem LXX viralem, illius auctori-  
 tatem non adeo multum, ut infra dicetur,  
 aestimamus. Nec nos tangit, a Spiritu  
 S. ejus verba approbari, quod contrari-  
 am tuentes sententiam tanti ducunt, ut  
 infallibilem notionem רְכָר ordinatio-  
 nem esse omnino arguant; Sciendum e-  
 nim, quod Philologi celeberrimi utpote  
 D. Calov. Bibl. illustr. ad Gen. 47: ult.  
 Pleiss. dub. vex. ad eundem locum, in-  
 culcant : scriptores N. T. quandoque  
 „uti versione LXX, etiam illis in locis,  
 „ubi non tam verbis, quam sensu, cum  
 „textu hebreo convenit, nunquam vero  
 „ubi textui aperte contrariatur. h. l. sen-  
 sus a Spir. S. retentus, isque omnino ve-  
 rus, non statim arguit auctores verio-  
 nis accuratos fuisse Philologos. Quid ?  
 quod Moses Exod. 4: 10. negando se es-  
 se

se non statim denegat sibi vim  
ordinandi cogitata & actiones, sed prolo-  
quendi verba. Ad **אָמַר** quod artinet, hoc,  
cum absolute ponitur, oportet ut care.  
ra, sensum retinere formalem intendendi:  
At contrarium tota scriptura evincit, per  
**לֹא** indigitando, non quid quis intende-  
rit & cogitarit, sed quid dixerit. Cum  
vero ad cogitationes & consilia refertur,  
semper additum invenitur **בְּלֹבֶן** *in corde*  
*suo*. Novi deinde sensus non sunt fingen-  
di, sed simplicissimi & usitansimi reti-  
nendi, ubi necessitas inevitabilis id non  
postulaverit. Locum igitur Exod. 2: 140  
facillime sic interpreteris, secundum li-  
teram & sensum omnino congruum, **אָז**  
*ad occidendum me tu dicis.* i. e. ideo ne me  
objurgas, ut causam arripias rae occi-  
dendi ut heri ægyptium? vel an dicas  
te occi urum me? quæ exposito sim-  
pliciter fluens conspicua est: Unde se-  
quitur discrimen **רְכִיר** & **לְזָר** in eo  
consistere, quod illud orationem inde-  
terminata, hoc determinate directam si-  
gnificet,

**D**e voce divina לְאָנֹהָ paucis etiam dicuntur sumus. Quidam decurtatam volunt ab אלהָ sicut a יהוָה venit אלהָ Alii derivant eam a rad: Arab: אלהָ eo-lere , servire , adorare ; quod Deus sit supremum Numen, omni cultu, servitio & adoratione dignissimum. quam sententiam Cl. Hettlinger in hexaëm: confirmat: neque Philologus celeberrimus Dn. D Majus l. II. disserit. fac. de Deo uno & trino p. m. 133. improbat. Cl. Neumannus, qui characterum significations urget, vi characteris להָ, qui accessum & motum contra rem aliquam factum, significat, usurpat hanc vocem ad designandam presentiam animi & virium ejus, qui alium le sistere & resistere valeret. Sic Rex Babylonie dicebatur להָ להָ fortis gentium (λ) quia contra alias gentes bellare potuit ) quam deinde vocem ideo ad Deum applicatam esse ostendit, quia est Numen omnibus creaturis praesens, cui virs tam praesentes adfunt, ut, quicquid placuerit, in ef-

fectum deducere queat (u): Unde emphaticē Deum hoc nomine insigniri evincere satagit. Cf. *Gessenes* לְנָה *Dens* ipsa nō esse radicem statuit; לְאַרְיָה vero vel לְאַרְבָּה principibus additum, derivari ex אֵל eries, duxit orationem, notat enim Dei nomen, suum tunc in compositione mutare, alterum vero nunquam. hoc vero pro ratiō habemus, nec hanc vocem, nec aliam ullam hebræam ex Arabica vel aliis derivari posse, cum exsistet it lingua hebræa tot annis ante illas naras. Quicquid demum sit, vel undecunque derivetur, sufficit nobis pro ratione nostri instituti novissime, hoc in loco Dei esse nomen, & si non ex alia re, saltem ex eo, quod de nomine Dei essentiali prædicatur, probari posse hujus vocis dignitatem.

### §. VIII.

**U**t ubiorem expli carionis declaratiōnem instituamus, paulum de voce רְאֹהֶן dicturi sumus, etiam si non

B 2

ne

(u) *Conf. M. Pauli Mart. Alberti porta linguae sanctorum p. 49.*

negemus, quin nemo sit, qui non facile sibi persuadeat, se namum Rhinocerotis in illo habere. Non tamen eorum moratur ignorantiam (v) qui nomen יהוּת tetragrammaron pronuntiatur *Pipi* dicebant; quod enim hebreice per יהוּת scriptum erat, illi in literas Græcas, hebraicis non admodum dissimiles convertebant, rati non ob convenientiam Græcorum esse παντες & γρα-  
cum esse ιωτα: unde *Pipionum* nomen sibi conciliabant (o). Nec nostram facimus controversiam, utrum יהוּת essentiale Dei nomen Hebreis ante exitum ex Ægyptio fuerit cognitum (π). Neque est, ut multum de pronunciatione  
 דָּבָר loco יהוּת edisseramus; cum si quid aliud. certe hoc Judaicā sapiat superstitionem (ρ). multo minus si sumus, qui somnia sutoris fac. Böhmes explicemus, quippe qui varia errorum monstra de hoc-

(v) Hieronymus ad Marcellum, ep. 136.

(o) Glassius in oratione de lingua hebræa necessitate & utilitate.

(π) Aug. Pfeifferus in dubiis vexatis Sc. sacra. loc. 86. cent. I.

(ρ) M. Herm. Tarnedii Gramm. Hebreæ Biblica art. I. de lectione vocis §. VIII. p: 41.

ce foveat nomine. Digna igitur sunt, quæ  
recitentur ipsius verba, ut intani cere-  
belli fragmentum, quod tussim erudi is  
moveret, eo lucidius omnes persentis cere  
queant. Sic enim garrit. Das wort  
(Frhouab) ist der Allerheiligste Name  
Gottes/ als das Göttliche *sensualische* le-  
ben/ das einzige Gute/ darinnen die heil.  
Dreifaltigkeit mit der glori und allmacht  
verstanden wird; Ein leben des ungrundes  
als der einheit/ welches vornemlich in der  
eigenen lieben steht; und wird darinnen  
der allerheiligsten name Iesus verstanden/  
als das anfließende (I): ein grund und  
quelle des hauchens der einheit Gottes:  
Eine formung des vorstdndnusses; denn  
der ausfluss der einheit führet sich mit  
dem (I) ins (E) als ein gesichte oder sehen ei-  
nes *chaos*, Darinnen das Mysterium Ma-  
gnum nach Göttlicher art verstanden  
wird/ und ist ein dreifaches hauchen  
der krafft (o). postea pergit in b. 21. (7E)  
ist ein hauchen der einheit/ und das HO  
ist ein hauchen des (7E) und das VA  
ist ein hauchen des (HO) und ist doch

nur ein houchen / und macht aber einen dreifachen aufgang dreyer *centren*  
oder *zufuungen*: und vorstehen darinnen/  
wie sich das Dreyfache (1) endlich ins  
(A) schließt / als in einen anfang zur  
natur. *en sapientiam terrenam, animal-*  
*lem, diabolicam.* *Nostrum autem erit in-*  
*dagare rationem formalē nominis Je-*  
*hevah.* *Gesetzes Philologus, vel eo nomi-*  
*ne, quod rationem vocū formalem o-*  
*pertine invenerit, celeberrimus, argumen-*  
*tatur quidem ἡτοι vocem esse deriva-*  
*tam ab יהוה; sed nullo fere ductus ar-*  
*gumento. Deus namque, inquit (7), pres-*  
*criberis modum loquendi congruum in*  
*ore Mosis & Israëlis, hoc nomen ad*  
*eorum usum in formam terræ perlonæ*  
*יהוה flebit, postque hoc ipsum institu-*  
*rum Deus idem usurpat, sc. ad tollen-*  
*dam nominis varietatem. Deinde pro*  
*posuit, ut confusione nominis sui*  
*sæpe eventuram cum vulgari verbo*  
*יהוה evitarent Iraelitæ, quia radix יהוה*  
*ad quam sic reducitur, rarioris ulius est:*  
*interea assert vocem illam, quicquid*  
*mater, non tamen formam futuri mou-*  
*ta-*

(7) In Lexico suo hebraico. p. m. 205.

care. Porro adfert *Placenuo*, qui primo formate **וְהַזֵּה** inquisitus, dixit simpliciter rationem formalem esse distinguere verum Deum a falsis, ut qui, iis excisis, eorumque cultu extincto, solus erit, solusque existet. Postea vero **אֲחִילָתָן שֶׁר אֲחִילָתָן** accuratissime expavit; ero, qui, vel, id quod ero, ero modo quodam a me pondente & penes me reservato, nempe **Ωτάρ Ιωνών** & fide reratis cum hominibus nova fide dare: eo non significari formaliter, sed tantum consequenter Deum, ut sonorem essendi, nec ut eum, qui suis stabit promissis; sed indicari Deum Iraelis hoc sibi impotuisse nomen proprium, quo diceretur ab aliis Deus, alia nomina propria habentibus, a quibus non amplius nomine *Deus*, unctione per abusum communi reddito, tatis distinguebatur. Ultimo Dni. *Vofis* (v) subscribit sententiae, dicens, omnibus veteribus Christianis hanc mentem fuisse, videlicet vocales eius literis appellas, non ipsius, sed nominis **אֶלְעָנָה** proprias esse. Nec prorsus immunis a *Ludovici Capelli* est len-

(v) in calce annos. in pug. fidei p. 745.

tia, qui in critica dicit pronunciatio-  
nem כְּנָמָן prium a *Galatino* tuisse  
vulgaritatem, etiam si opinionem de *Pois-  
si* læto satis exosculetur ore, qui *Ras-  
mūndus* prius circa annum 1278 ea-  
dem usum tuisse contendit. Rationem au-  
tem, cur כְּנָמָן assumierit puncta עַד  
reddit, quia *Dagesch* lene semper istam  
vocem sequitur, quod tamen, præce-  
dente litera quiescente, abesse debuit.  
Dubitantem igitur *Bæxtorfius* in lexico  
biblico, num exempla allata forte il-  
lud *Dagesch* lene ob accentum Regem  
habeant, inducit, qui loca, in quibus  
vox ista, etiam accentu ministro nota-  
ta, post se *Dagesch* obrinet, quæri ju-  
bet, utpote 1 Chron. 28: 10. Psal. 37: 4.  
132: 13. Elai. 49: 7. Pl. 2: 11. Os. 5: 7.  
Psal. 7: 18. & 34: 2. Non equidem diffi-  
cili possumus, quin eorum argumenta  
probabilitatem fucata fronde mentiantur:  
non hujus tamen sunt ponderis, quæ  
nos a nostra sententia divellant. Pri-  
mo enim, quod pace tanti viri dixe-  
rimus insullum. Esset afferere כְּנָמָן no-  
men Dei essentiale, adeo imperfectum,  
ne

ne dicam, mancum & mutilum esse, ut propria non possideret puncta, quippe quod puncta sua ex אֱלֹהִים sortiri deberet. Deinde si vel largiremus יהוָה a rad. חַי derivatum esse, non tamen originem a fut. אֵל trahere creditus, quippe quod nomen Dei, in revelatione Mosi in monte facta, demum innovuit. Unde facile inferendum foret יהוָה, ante revelationem hanc, ignotum Iraelitis fuisse, quod sacrarum literarum phosphoro apertissime contrariatur. Ut sileam non summa sine injuria hanc tolerari posse locutionem, puncta non esse cum ipsis literis coetanea quod frivolis certe argumentis nonnulli defendere satagunt. Quemadmodum enim, sublata anima, mortuum est corpus, ita etiam literas, sublatis punctis, Chimeram esse quis neget? Quod ad Placæi sententiam attinet, quando יהוָה nomen aliquid distinctivum a reliquis Diis esse contendit, non eam rejicimus, addimus tamen, divinum hocce nomen, non solum distinctivum, verum etiam essentiale Dei esse, cuius puncta-

rīo triplicem temporis differentiam insinuat, ut sit ὁ ὥκτος, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἔρχομενός, quemadmodum hoc nomen exprimitur Apoc. 1: 4. unde יְהוָה unitatem essentiae, uti בָּחָרָנִים pluralitatem personarum denotat. Proprium autem Dei, immo essentiale nomen τερψαγράμματον esse, ex affectionibus haud difficulter colligi potest. Nulli enim rei creatae tribuitur, etiam si gradum appositi nominis videatur in superlativum usque exaltare, utpote תְּהִימָת וְעֹזָה /oper Jeshuah i. e. summus: ut reliquias hujus vocis præ aliis prærogativas Gleamus. Nec negamus, quin puncta vocum אֶלְעָנוּ ו בָּחָרָנִים ei saepe sint subjecta: hoc enim nomen per אֶלְעָנוּ contendunt Deum conservatorem universi denotare, per בָּחָרָנִים simul illum unum, qui est in personis trinus, (ita tamen, ut propria præter hæc habeat puncta) & propter abbreviaturam, vocem unam duas continere, quarum alteram vocalis, consonans alteram indicet. Idqz Ezechiem cap. 33: 11. Iuculenter satis nobis sistere, ibique יְהוָה non modo Deum in essentia ubi, verum

rum etiam, propter puncta mutua-  
tia ex **אַלְלוֹן**, in personis trinum si-  
gnificare. Cur Dagelch lene post lite-  
ram quiescentem inprimatur, breviter  
respondemus, Dagefch lene semper post  
vocabem emphaticam inprimi. Unde post  
nomen **רִיחָוֹת**, quod nomen venerabile &  
tremendum nunquam sine Emphasi po-  
nitur, non solum immediate, verum et  
jam mediante alia voce, utpote Elai-  
40: ۴. **בָּרוּ כִּי־חַדֵּשׁ מִשְׁכָּה** Dagelch lene infigi-  
tur; licet quidā hoc loco censeant esse  
dageschforte. Ut tribus rem expediamus,  
dicimus **אֱלֹהִים** Essentiatorem propriè esse,  
a quo omnia in esse tuo dependent: non  
ut larvarus Democritus somniet, qui  
non verecundator, hoc Dei nomen tri-  
buere lumini suo interno, vocando il-  
lud animæ suæ concionatorem, quasi di-  
cere vellet: **Praestolabor**, quid Jehovah,  
„sive verbum internum, in me loquatur.

### §. IX.

**Q**uod ad particulam **נָ** spectat, per us  
reddenda erit, si optative præce-  
dientia accipiamus; si vero indicative po-  
sita ea censemus, genuino suo fen-  
su

su quia valebit, redditurq; ratio, cur au-  
scultare P̄lat̄es velit Deum, videlicet,  
quia idem, pro antiqua sua benignitate  
non nisi bona suis cultoribus respondere  
consueverit. Ita Lutherus olim: Denn  
er wird Friede reden zu seinem folcke /  
ut proinde verus horum verborum sen-  
sus sit, quia loquetur h. e. promittet per  
conclaves Propheticas, patem i. e. pro-  
spera quaꝝ, quaꝝ pacis nomine venire  
alias solent, ad vel super populum suum  
& sanctos suos, ut ne revertantur ad slo-  
niditatem, a qua Ic. per p̄enitentiam te-  
mel recesserunt, dum ad Deum conver-  
si sunt; adeoꝝ auditorum se proficiunt  
P̄lat̄es in Dei verbo tum dividam de pa-  
ce promissionem, tum paternam, ad cir-  
cumspictionem posthac meliorem, ex-  
hortationem, nisi malis utrumq; accipe-  
re instar promissi, quo tum pacis resti-  
tutio, tum novae detectionis prohibitio  
resipiscientibus asseveretur (Φ).

§.X.

(Φ) Consalatus B. D. Mart. Gejernus in Com-  
ment. super P̄salmos in hunc locum.

## §. X.

**S**ic brevi ratione, vocibus examinatis, in cariosa dissentientium fundamen-  
ta inquirenda devolvamur. Argumento-  
rum, quæ amplio nimis apparatu adfe-  
runt, syrmata, sub examinis incudem vo-  
cata, non ea complectuntur robora vel  
pondera, quæ nos, ut iis rationem subju-  
gemus, inducant. Enimvero procul ea  
a vero abesse, unicuiq; æqua judicii li-  
bra perpendenti, haud difficulter consta-  
bit. Noster enim *Democritus*, ut monstro  
suo, lumini puta fictitio, aliquid emendi-  
caret patrocinii, ratus, se non, quod pue-  
ri in faba, reperiisse, temere satis provo-  
cat ad Ps. 85: 9. nescio, quibus fidicu-  
lis, inde elisurus virtutem dicti præstan-  
tissimi Rom. 10: 17. afferendo, primo  
non esse eo in loco sermonem de verbo  
externo, sed tantum de auditu, quem ne-  
gat præsupponere verbum externum,  
probaturus deinde auditum sine verbo  
externo existere posse, ex loco citato,  
causatur lumen hocce sive verbum in-  
ternum in corde Davidis extitisse immo  
in illo locutum, & abiq; externi verbi

prædicatione audieum esse, utendo iis-  
dem verbis, quæ in §. III. adduximus.  
E quibus talem ciere vult argumenta-  
tioem. Si David, Euthusiasta Canoni-  
cus, juxta versionem LXX interpretum  
dicat se auditurum, quod Deus in se lo-  
cutorus esset, sequitur verbo interno  
absq; extero, in corde hominis insito,  
competere auditum, & per bonam con-  
sequentiā auditum sine verbo extero  
dari. Atqui verum est prius; E. & poste-  
rius (x). Nec mirum crediderimus, si  
ejusmodi homines e mala scylla in de-  
teriore charybdin prolabantur, cum  
τράπεζα eorum ψεῦδος sit tale fingere,  
quod nō a nobis percipi possit, quo  
eo facilius suam occultent mentem, ac  
suam testentur innocentiam: introdu-  
cunt enim varia vocum monstra. e. g.  
tumore substantiale, verbum internum, omni-  
bus hominibus congenitum, alia in regenitio-

lu-

(x) In der Wiederlegung der reinen Ora-  
thodoxie cap. 2. sub fine Tractatus de pa-  
pismo protestantium upublante p. 253. seq.  
edit. in 12. opp. p. 150. edit. in 4to.

lucens, verbo Dei scripto contradistinctum, di-  
vinum (particulam quippe essentiae divinae)  
& esse entale (tertiam videlicet huius per-  
tem essentiale) instruens nos absque verbo  
externo de rebus necessariis, tam ad credenda  
quam ad agenda spectantibus, Canonem in-  
ternum, undionem, scintillam naturalem,  
creaturam novam, auram divinam, Spiritum,  
*Christum in nobis* Sc. (ψ). ut adeo non mi-  
nus supervacaneum sit, quam a nostro  
instituto alienum, fuisus ea persequi,  
quæ suo sibi jure Theologi vindicant.  
hoc solum repetuisse satis nobis erit,  
quod antea a nobis demonstratum esse  
iperamus, רכ' non nisi per externum  
sonum fieri posse, neq; γενω dici, nisi  
de eo, qui auribus, externo uriq; &  
corporco organo, externe etiam se affi-  
cientem hauriat sonum.

### §. XI.

**N**ostram vindicaturis explicationem  
attendendum est Davidem non ad  
internum lumen intra se, sed potius ad

ser-

(ψ) Ejusmodi obscuris terminis referta esse il-  
lis sumosissima scripta, unicuique ea perle-  
gendi ad manuscram uisque constat.

32  
sermonem Dei, per Prophetas, indicem  
intendere digitum, ac hocce solatio  
se fessum erigere, fore, ut audiar, quid  
Deus ad ipsum & populum per Proph-  
etas suos locuturus, & quod bona nova  
de alma reditura pace nunciaturus sit,  
Unde B. D. Mart. Gejeros in comment.  
super Psal. ad h. locum. ita omittere:  
*Precationi subjicitur spes in animo precantium*  
concepit, ita ut postquam allocuti sint Deum  
per preces, nunc etiam silentium quod si sibi mes-  
ipsi indicentes, viciissim tranquille auscultent,  
expectentque quid responsi loco sit locuturus  
sibi Dominus, videlicet per ora Prophetarum.  
Nec minus congrue Theoderius Thummius  
in impietate Weigeliana p. m. 34. erum-  
pit inquiens. Non dicit Propheta se in angulo  
sessum & presbulatorum arcanae Dei  
revelationes; sed hoc a Deo voto pro petit, ut  
afflita Ecclesie pacem & tranquillitatem con-  
cedere, Proprietas mittere, & per eos misericordia  
populam consolari velit. Ut igitur vix tan-  
tum mentis compos sit, qui ex hoc loco ver-  
bum internum eructare velit. Quid?  
quod apertissime patrat. Dippelium di-  
cam Scripturam Sacram scribere, qui in-

viro textu sacro, lumini suo interno, inani cerebelli corrupti figmento, faciem præterre, ac fundamentum suæ hypotheseos sternere velit. Primo enim notandum, ne vestigia quidem particulæ *in me* in textu originali constare, etiam si non diffiteamur quin **vocabulum** εἰ μόνοι in versione LXX interpretum legatur, hoc tamen vel ex ignorantia, vel ex inadvertentia facile irrepsisse credimus. dum particulam causalem Καναναμ accepere pro Ιωάννε, contundentes Ιωάννην cum Ιωάννῃ & præterea vocem ad subsequentia spectantem trahentes ad antecedentia. Ut raseam eruditos inter non aquales de versione hac LXX virali existare opiniones, aliis cum *Jac. Usserio* in libro de LXX interpretum versione negantibus, antiquam versionem septuaginta viralem adhuc hodie superesse. Aliis iterum afferentibus, nunquam Græcam quandam interpretationem, exquisito LXX sentorum studio, compositam, ut non potius olim vel temporibus *Ptolemaei Philadelphi*, vel paullo terius, superficiaria

ria Tolum Judæorum opera, translatio Græca prodierit, que valde tam  
men intercalata ac immutata hodie  
prostet. Ita *Hodius* &c (ω). Facile ex  
hisce colligi potest, variis argumentis  
primum hujusce versionis depugnari,  
sicque illius auctoritatem haud qua-  
quam stare posse. Si vero concedere-  
mus, oīra sub auspiciis *Ptolomei* Æ-  
gyptiorum regis LXX senum sudore,  
translationem Græcam concinnavam  
esse, eandemque hodie supereesse; quis  
illam ab omni nævo immunem, inte-  
rveratam ac probam mansisse credat?  
Esto etiam hoc; Quis tamen eam,  
menti Spir. Sancti undiquaque confor-  
mem esse, sibi persuadebit. Protesto  
hic additamentum quoddam initio ir-  
repisse, collatio hujus versionis cum tex-  
tu Hebræo solidissime commonstrat.  
Præterea versionem veteram Chalda-  
eam translationi antiquæ Græca oppo-  
ni.

(ω) *Hodius de Bibliorum textibus originalibus & versionibus & Celeb. Dn. D. Joh. Alb. Fabricius in biblioth. Græca lib. III. p. 320. seq. & plures.*

atius, examus cum ipsa veritate concinenter, מִתְהַנֵּן כַּח וּמִלְאָה i.e. audiam, quid locutus sit Deus Jehovah. Miramur autem, cur noster Democritus versionem LXX viralem in hoc loco ambabus amplexus fuerit ulmis, parum vel ne hilum quidem curans, quomodo verba in textu originali jacent; cum tamen ipse temper se ad textum originalē recipere soleat, si vel minimam elabendi rimam sibi ex eo fingere possit. Videri id potest in paullo anteced. oper. p. 149. ubi ad locum Esai. 53: 1. contra versionem Lutheri: Wer glaubt unsren Predigen/ regerit verba se aliter in textu hebræo habere: Wer glaubet dem was wir gehöret haben; sed & id more suo, cum vim vocis שְׁמִיעָה vel non intellexerit, vel advertere noluerit, auditio nem notantis, non solum quam ab aliis loquentibus habeo, verum eam etiam, quam ipse aliis audiendam fero; quod pluribus, si locus esset, monstrari posset. Cum autem nullum ipsi patrocinium textus authenticus hoc in loco conciliaret, hinc ipsius rationem non habuit. Et

si vel maxime in eo loco inveniretur,  
 & ad præcedentem versionis ditionem  
 referretur, (quod cum ob interpunctio-  
 nem, tum ob consummatissimam Sæc.  
 Scripturæ perlectionem, & clara ipsius  
 verba admitti nequit) non in sed ad signi-  
 fieret, cum phrasí Zach. i. 9. & Heb. 2:  
 1. de externo allocquo usurpare similis  
 esset (a) Esto eniam, Sanctum ψαλμίστη  
 allegato Pl. 85: 9. erumpere: *Andiam quid  
 Dominus Deus in me lequatur: Quis tamen  
 vel fidiculis id exorquebit, eundem de  
 lumine interno, substanciali ac naturali,  
 quale Democritus somniet, sermonem fa-  
 cere?* Pronunciamus porro, paraphra-  
 sis Chaldaicam & Syriacam hoc in the-  
 more ad texum prætigenium apprime  
 collineare, vulgaram autem simul & A-  
 rabicam ac Æthiopicam cum versione  
**LXX** viralì a veritatis tramite defle-  
 re, q[uod] nequid *Doppelius* hujusq[ue] puli, of-  
 fcam illis in os sacro Codice objiciente,  
 occidunt. Ultimo observandum cense-  
 mus, *Davidem* summa ab eo affici inju-  
 ria, dum ipsi nomen *Enthusias* & qui-  
 dem

(a) *Bjldvni casus conscientie l. 20 c. 10. quæst.*

dem magni, modo Canonici impingit; vix namque, ut credamus, inducimur, eum vocari debere *Eustathiam*, qui immediatam Spiritus Sancti habuerit revelationem, ut non porius perluasimur, eum hoc mereri nomen, qui post complem scripture canonem, lumen substantiale a nativitate insitum, & ex essentia Divina promanans fingit: plus enim usui publico, quam etymo heic dandum jure meritoq; censemus.

### §. XII.

**V**indiciis itaq; hujus dicti a strophis  
adversariorum pro tenuitate inge-  
nit exhibitis, maxum de tabula trahi-  
mus, B. L. interea rogantes, ut tenta-  
mina nostra philologica, quorum messis  
adhuc in herba est, de meliori nota  
sibi commendata habeat: Servet Deus  
per longam temporum seriem, ad finem  
usq; seculi, formam lanorum verborum  
in patria nostra incorruptam; Beet in  
posterum etiam patriam, qua nihil est  
jucundius, viris profunda instructis eru-  
ditione; quo juventus Academica in li-

teris proficiat, sibi que a pravis doctrinis prudenter cavere discat, & tandem victoria de male sentientibus non solum in futura, verum etiam in hac vita, obtineatur, reportetur.

Móvω Θέω δοξα.



Ad  
Firum Juvenem  
Doctrina motumq; elegantia  
Præstantissimum  
Dn. CAROLUM G. WERANDRUM  
Felici auspicio  
publice Differentem.

**E**s honor inrepidis bello superare superbos,  
Claraque vietaci signa referre manus.  
Est hower illasam scopulis servare carinam,  
Et fragilem portu condere posse bono.  
Sic quoq; qui potuit studiorum tangere mesam,  
Virtutis nomen terre quaterbe meret.  
Te meruisse dorcent laudem tibi, docte WERAN-

DER,

Et vigor & multa sedulitate labor.  
His potes eniti paleras ad Apollinis arces,  
Magnus ut hic merito meo tibi furgat bonos.  
Perge bonis avibus. Tibi cedant suaviter omni,  
Et bene que cinget, docta corona, comae.

Fauſte acclamatiois ergo  
tenui arena lufit.

AND. BRYS FIL.

Kil

Herr CARL G. WERANDER,  
Då han

Sin wackra DISPUTATION  
i ljuster framgaf.

Som Lärdom/ Fljt och Dvgd ; som  
Leftrad utan ränker/  
Ge' Heder Kranhār grön : Så stat-  
tas utan flärd/  
Af Wittert Solck / at ï / en sådan  
Kranhār wārd/  
Den snart Apollo sielf / vid Helicon Er-  
ständer.

Skyldigt och wälment  
Af

SAM. Elfwing.